Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ministrorum hominum accesserit · ideo ratus sibi baptismus.
quia super quem columba descendit · ipse baptizat · Et tamen cum tam
perspicuaueritas · aures & corda hominum feriat · tanta quosdam
male consuetudinis uoragos summersit · ut omnibus auctoritatibus
rationibus que resistere · quam consentare mali · nec resistunt · aut
duobus modis · aut seuiendo aut pigriscendo · quid igitur hic faciat
ecclesiae medicina salutem omnium mater naturae conquirens
tamquam inter frenaticos & lashargicos aestuans · Numquid
contemnere numquid desistere uel debet uel potest · utrisque sit
necesse est molesta quia neutris est inimica · Nam & frenatici
nolunt ligari · & lashargici nolunt excitari · sed perseuerat diligentia
caritatis · frenaticum castigare · lashargicum stimulare ambos amare
ambo offenduntur sed ambo diliguntur · ambo molestati · quadiu
aegris · indignantur sed ambo sanati gratulantur · denique non sicut
putant · & sicut lacerant tales eos suscepimus quales fuerunt sed omnino
mutatos · Quia esse catholici non incipiunt nisi haeretici · ee · desiterint · Nec enim sacramenta eorum nobis inimica sunt · quae illis sunt
nobis communia quia non humana sunt · sed diuina · ipsi eorum
error auferendus est quem male inbiberunt · Non sacramenta
quae similiter acceperunt · Quae ad poenam suam portant & habent
quanto indignius habent sed tamen habent · erroreque relicto
separationis perniciate correcta abhaere si ad ecclesiae pacem transeunt · quamnon habent · sine qua illis pernicio sum fuerat quod habebant · sed cum transeunt fidi sunt · non est iam hoc nrm · sed diiudicium · & tamen quidam cum fidi putarentur · quo iussionis
ad nos terrore transierunt · Tales postrius in nonnullis · tempta
tionibus inuenta sunt utquibusdam ueteribus catholicis · preferentur
Non ergo nihil agitur · cum instanter agitur · neque enim solis
humanis terroribus murus dare consuetudinis expugnatur ·
sed etiam diuinis auctoritatibus atque rationibus fides & intellegentia